



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

De Leprosis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ANNO CHRISTI 1179. licere , nisi auctoritas episcoporum & consensus acceſſerit , in alios ſententiam promulgare.

CAP. V. *Idem Eboracensi archiepiscopo.*

Cum aliqua cauſa , appellatione remota , committitur , & ſententia fertur iniqua , eam euacuari oportet , nec debet ei ſtari , ſi manifestam contineat iniquitatem .

DE LEPROSIS.

PARS
XXXVII.

CAP. I. *Idem.*

Ex transmissa conqueſtione R. clerici nobis innotuit , quod cum ecclesia de N. a monachis , ad quos ius illius ecclesiae ſpectare diuocitur , ei confeſſa fuifſet , tum temporis cum Vu. clericus , qui fuifſe lepra tactus perhibetur , eam poſſideret , timens ne ſimiliter eadem confeſſione , aliqua fieret innouatio , ad ſedem apostolicam appellauit , & ad nos nuntium ſuum destinauit . Quoniam igitur vniuersis Dei fidelibus , & his maxime qui clericali dediti ſunt officio , in suis iuſtitiis ad eſſe tenemur , diſcretioni veſtræ , &c. quatenus ſi vobis ita conſtiterit , præſcriptam eccleſiam præfato R. taliter confeſſam , & poſt appellationem ad nos factam ſuper eadem eccleſia , in ea inuenientis alium iuſtitutum , eo inde amoto , eam ipſam , omni contradictione & appellatione ceſſante , iam dicto R. faciat , dilatione poſtpoſita , affignari , non obſtantे quod eadem confeſſio facta fuerit tempore prædicti Vu. ſi ipſum prænominato morbo maniſtum fuerit laboraſſe . Testes vero , quos idem R. vobis nominabit , moneatis attentius , & inducere laboretiſ , vt amore iuſtitiae , testimonium perhibeant veritati .

CAP. II. *Idem.*

Peruenit ad nos , quod cum hi , qui lepræ morbum incurruunt , de conſuerudine generali a communione omnium ſeparentur , & extra ciuitates & villas ad loca ſolitaria transferantur , nec vxores viros , nec viri uxores ſuas taliter ægrotantes ſequantur , ſed ſine iipſis manere præſumant . Quoniam igitur , cum vir & vxor vna caro ſint , nec debeat alter ſine altero diutius eſſe : fraternitati tuæ , &c.

Qqqq iij

Anno
Cor. 111
1751

quatenus si qui sunt in prouincia tua viri vel mulieres qui
lepræ morbum incurront, vxores ut viros, viri ut vxores
siue sequantur, & eis coniugali affectione ministrent, so-
licitis exhortationibus inducere laboreti. Si vero ad hoc
induci non poterunt, eis arctius iniungatis, ut vterque al-
tero viuente continentiam feruet: & si qui contra manda-
tum nostrum venire præsumperint, eos contradictione &
appellatione cessante, vinculo anathematis adstringas.

Sed hoc, vbi de locis habitatis expelluntur ad solita-
ria: illud, vbi non. Vel hoc, quando tanta appetet macu-
la, quod ex tactu timetur infectio: illud, quando non
tanta.

CAP. III. *Idem Baionensi episcopo.**Math. 5.*

Quoniam ex multis auctoritatibus & præcipue ex euangeli-
ca veritate appetet, nemini licere vxorem suam, exce-
pta causa fornicationis, dimittere: constat quod siue mu-
lier lepra percussa fuerit, siue graui aliqua infirmitate de-
tenta, non est propterea a viro suo separanda. Leprosis
autem, si se continere noluerint, & aliquam quæ sibi nu-
bere velit, inueniant, liberum est eis ad matrimonium
conuolare. Quod si virum siue vxorem diuino iudicio le-
prosum fieri contigerit, & infirmus a fano carnale debitum
exigat, generali præcepto Apostoli, quod exegerit, est sol-
uendum, cuius præcepti nullam in hac causa inuenimus
exceptionem.

*1. Cor. 7.*CAP. IV. *Lucius III. Lincolnensi episcopo.*

Super eo vero quod quæsisti de rectoribus ecclesiarum, lepræ macula adeo infectis, quod altari nulla possunt
ratione deseruire, neque sine magno scandalo illorum, qui
adsunt, ingredi ecclesiæ: hoc tuam volumus fraternita-
tem tenere, quod eis dandus est coadiutor, qui curam ha-
beat animarum, & de facultatibus ecclesiæ ad sustentatio-
nem suam congruam recipiat portionem.